Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31624
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



fortes in fortitudine. xpi. fortiter dimicantes per scam xpi confes-
sionem. plures commilitones acquirite. cum quibus de victoria
triumphantes. et nomen. et dignitatis gloriam possitis adipis-
ci sempiternam. fructus laboris vestri multiplici opulentia
cumulentur iustorum. Paradisi sedes per vos plurimum descendat
animarum acquisitione letetur. his et aliis multis eos sancti policarpus
prosequebatur orationibus. Illi vero navigantes feliciter. gubernatione
divina ad massiliensium littora celeriter pervenerunt. Egressique ad
terras dei angelo precedente prosperum iter agentes eduam civitatem
ingrediuntur. ibique dei provisione repertum faustum nobilissimam
familie virum senatoria dignitate conspicuum. et pretorianis
fascibus sublimatum. gratissime ab eodem hospicio sunt recepti.
Quos cum perceptasset esse presbiteros. supplicit postulavit. ut amicos
et familiam suam per ablutionem baptismatis efficerent xpi anos.
Ille autem per imminentem persecutionem xpi colebat occulte.
Obtulit et filium suum symphronianum adolescentem sanctorum
predicationi. divina predestinatione succidentis temporibus pre-
clarum martirem esse futurum. et sanctis tradens manibus ut a sancto bap-
tizaretur benigno. et de sacro fonte lavacro ideoque ut a sancto ex-
cipere andotio attentius deprecatus est. Illi vero opus ad quod venerant
alacres peragentes. et tanti viri obtemperantes precibus. per bap-
tismi gratiam voluntatis sue desiderio in omnibus satisfecerunt.
Post hec cum prefatus faustus causam petitionis per collationem sanctorum ser-
monem sacerdotum diligenter explorasset. sororem nepotesque eius
in memoriam pietas divina perduxit. Tunc ait eis. Est mihi germa-
na soror nomine leonilla illustris matrona. cuius urbis lingo-
nice civitatis. nepotesque tres ex filio germani fratris uno par-
tu simul editi. litteris liberalibus eruditi. paterna tamen traditione
adhuc gentili errore viventes. quos desiderat ad xpi miliciam
sociare. Subvenite sanctissimi sacerdotes suis devotionibus.
et nobilissimam familiam nobilitate quam cepistis. his dictis
sancti viri pro qua venerant attentius pertractantes. placuit utriusque
consilium. ut sanctus benignus ad territorium lingonacum illustrandum
iuxta dei sententiam properaret. Sancti vero andotius et tyrsus inau-
gustudunense diocesi in villa sedere loco. plurimum in di-
vinis predicationibus augmentantes. non post multum spacium sub
aureliano principe felici sancti martirio coronati. Sanctum namque be-
nignum prefatus faustus sorori sue promunere divino sicut erat de-
presenti transmisit. Illa vero veluti manna quod de celo descendit
eum cum omni veneratione suscepit. In eadem quoque die memoriam ne-
potes sui magis cui pasmasus nomen est ad symulachrum dee
nemesis ritu solito profana sacrificia offerebant. et de supersti-
ciosis libaminibus avie sue residua reservabant. Quam
invitantes ad convivia. servata protulerunt. Illa autem omnia cani-
bus proiciens respuit tamquam stercus. Tunc accedens ad eos eminus cum
sancto benigno. talia cepit verba producere. Karissimi nepotes cognos-
cite dominum nostrum ihesum xpm dominum verum et vivum esse. cui angeli et omnis
creatura iustam exhibet servitutem. qui mundum omnem constituit.
omnemque rerum materiam libratam ubi subito dispositione compo-
suit. celi altitudinem eadem iussione extendit. terrarum spacia
multiplicia late latius dilatavit. immensum abyssi pelagus

congregari. et littoribus coartari momenti sententia ordinavit.
pinxit celum stellis. et duo luminaria precipua constituens. que omnia
succidua vicissitudine quam fecerat exornarent. ac vestita lu-
mine cecta detegerent omnino decuit. mare omne in priscium ha-
bitatione ad perambulandum concessit. diversis arboribus et germi-
nibus tellurem omnem vestivit. omniaque mundi que animantia eadem
constitutione creavit. Post tremum hominem ad imaginem et similitu-
dinem suam formare dignatus est. quem ad hoc sapientie et intelli-
gentie singulari dono locupletavit. ut tanti mundi mag-
nitudinis fabricatis omnia que patuit diligenter requirat. non per ig-
norantie desidiam post ponat auctorem. ut discernat bonum a
malo. ut symulachra manufacta ex diversis metallis sensu
carentia. et omni vitali spiramine desolata. ad humanam dis-
ceptationem diabolica adinventione figurata. non solum quod cul-
turam eius venerationis exhibere non debeat. verum et immunda in
omni abusione despecta defugiat. Ipsi perversa adinventione in
hoc mundo ydola fabricavit. quod adam primum hominem in paradi-
so constitutum per prevaricationem decepit. Delinquite quoque dulcissimi
nepotes omnia ydola demonibus consecrata. et creatorem omnium rerum dimi-
nuit. xpm sine ulla ambiguitate confitemini. Hec virum sanctum beni-
gnum que stantem coram vobis cernitis. de longinqua regione ad vos
a pietate divina credite fuisse transmissum. Attendite ad verba
oris eius. dei enim sunt precepta que de ipsius ore procedunt. Discite ab eo sanctam
doctrinam plus omni munere copiosam. et vere salutationi super omnia
oportuna. Dum hec salubrissima alloquia cum sancto benigno beata leo-
nilla suis nepotibus predicaret. et in corda eorum iam inspirata gratia
divinitus convalescent. miro pariter astiterunt stupore defixi. et se
invicem intuentes considerantesque omnia que dicta fuerant. et conversi ad
aviam suam unanimi voce dixerunt. Quare tantam et tam precipuam rem
tamdiu tectam silentio tenuisti. Cur nobis viam veritatis. et lumen
preclarum tantis temporibus occultasti. Quibus illa blando sermone
respondens. elevans oculos. et manus ad celos expandens. deo
gratias agens dixit. Filius meus pater vester in tanta cordis duricia perse-
veravit in tartarea sede dimersus. delictorum obumbratus caligi-
ne. desolatus omni sapientia. et intellectu cecatus perversitatis consilio. xpm dominum
non credidit. non confiteri voluit. Quod illi prodesse poterat sermo divinus. cuius
interiora cordis incredulitatis malicia ad integrum possidebat.
et idolorum caligine circumseptus lumen videre non poterat. Ipse me fecit
actenus taciturnitatis silentio custodire. dum timui ne sua inimica
suasio vos faceret a recto tramite perpetualiter deviare. Volunta-
te enim dei eo deficiente omnia impedimenta sublata sunt. Ecce nunc
tempus acceptabile. aperite oculos cordis et corporis. celum potius intuen-
tes. ydolorum cultum xpi repleti gratia ab animis vestris radicitus exstirpa-
te. ut possitis ad gaudia eterna pervenire. Post hec cum et multa alia
beata leonilla cum sancto benigno nepotibus suis narrasset. ut cre-
dulitatis indicia divina pietas in eisdem patefaceret. visio-
nes quas nocte preterita viderant in memoriam revocaverunt. Speo-
sippus primus visionem suam narravit dicens. Videbam me in sinu
avie mee receptum. mamille sue plenitudo lactis abun-
dantia satiari. compellebatque me et suis monitis dicens.
Speosippe. bibe lac salutiferum magis. ut plus bibendo